



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotione boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

De eligendo adiutore per singulos menses ad profectum virtutum. Cap. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77843)

sunt, sine dubio multo magis, quæ Electorum sunt, ea sibi vendicabit, modò ne officium causam ad licentiam existimet. Quin summa potius animi attentione munire seipsum debet, ut cum sibi, tñ cæteris, in quoscumque cum casus detulerit, pariat vilitatē. Porro si de muneribus ipsis quæ abiectiona sunt, aliquid exercendum sit, scire conuenit, Saluatorē quoque ipsum discipulis ministrasse, & abiectiona opera facere non reculasse: magnū que homini esse, si Dei imitator existat, cum per hæc quæ humilia sunt, ad altitudinem illam, quod illum est imitatus, ascendat. Quamquam quis iam humile ausit quippiam appellare, quod Deus ipse attingere nō recusauit: Hæc autem non ad idiotas tantum, aut ad adolēcentes dicuntur, sed ad doctos, & literatos, & sapientes, quos vehementer rogamus, ut magnum illum doctorem Bonauenturam imitentur, de quo hæc scripta reperimus. Nēc, ut plerique literarum scientia inflati, vilia ministeria domestica fastidiebat, sed qui vix nec nisi per obedientiam, ægrè tamen ab illorum executione coercebatur, reputantibus Prælati, indignum, si non à talibus vir egregius sequestraretur, in quo sancti Spiritus gratia habitare perspicuè cernebatur. Nec tamen vir sanctus vlla charitatis officia, ob literarias actiones prætermittebat. Sed in omnes fratres oculos intendens, si quem fortè tristem, aut professionis pœnitentem, intelligeret, tanta dulcedine in sermone conueniebat, cōsolabatur, monebat, ac confirmabat, ut nullus ab eo discederet, quin libens cœptum religionis iter persequeretur. Infirmorum præterea cura supra quàm credibile sit delectabatur, quòve grauioribus, aut contagiosis morbis grauaretur, eò magis se totum illorum obsequio applicabat. Quibus officiis cum maiorem diē partem absumeret, non eo minor erat in publicis lectionibus ac interpretationib. scripturarū, quæ tanta claritate audientibus intelligenda reddebat, ut ipse author illorū meritò videri posset. Hæc tibi. Verissimè credo: quia beatus hic doctor à cognitione rerum diuinarum nequaquam impediēbatur humilitatis obsequiis; & qui illum imitatus fuerit, nullum veræ sapientiæ impedimētum, sed potiùs eius augmentum experietur. Quia sicut fastus, & contemptus honorum operum, & superbia cæcant; ita humilitas, & simplicitas, lumen ad sapientiam continendam parant.

Snr. in vna vita.

Delecta Tom. I

SECTIO IV.

De his quæ singulis mensibus fiunt.

De eligendo adiutore per singulos menses ad profectum virtutum.

CAPVT I.

MIs, quæ per hebdomadam faciendæ sunt, duo alia obseruanda per singulos menses adiuicimus. Eorum primum est, ut cuiusque mensis exordio, Sanctum aliquè ex his, quorum Ecclesia eodem mense festa concelebrat, & commemorationem facit, in patronum, & aduocatum, & comitem ad iter vitæ spiritualis consociendum eligamus. Senior Tobias volens filium suum mittere ad recuperandam decem argenti talenta, quæ sibi à Gabelo sub chirographo debebantur, hoc primum ut prosperè omnia succederent, illi mandauit. Perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecū salua mercede sua, ut dum adhuc viuo, recipias eam. Scilicet pecuniā quæ nobis est debita. Obediens filius genitorum paruit, & egressus inuenit inueniē splendidum, (nimirum Angelum Domini) stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandū. Quem accipiēs in

Tobias 5. 4. 5.

A comitē vitæ, non solum beneficio illius debitū requisit, sed & vxorem castissimam, & magnas diuitias cōparauit. Hic inspicio pulchrā imaginem ad exprimentum id quod nūc tractamus, delineatam. Iustus enim ad quærendam paternam hereditatem incitatur, & ei cura itineris faciendi, quo in cœlum pergat, imponitur. Indiget autem huius vitæ comite fidelissimo, qui semper protectione sua eius lateri assistat, qui discrimina insurgentia præueniat, qui modū agendi in itinere, in hospitio, & in toto decursu peregrinationis doceat, qui saluum & incolumem clientulum suum in locum quò destinatus est, ferat. Hæc autem omnino à quo melius, quàm à sancto aliquo homine vel Angelo sperabimus, cuius fors felicissima, eundē à propriarij commoditatum cura liberat: cuius charitas, & miseratio impensius ad salutem nostram procurandam prouocat: cuius sapientia, & potestas melius & efficacius nostris miseris & necessitatibus medelam afferre queat? Tu ergo si cupis viam spiritus feliciter ambulare, & in omnibus ambiguitatibus magistrum, in periculis adiutorem, & in infirmitate sustentatorem habere: Voca, ut inquit Iob, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere. Immo quia habes innumerabiles, qui tibi respondeant, qui tuas preces exaudiant, qui tibi in omni necessitate subueniant, inuoca illos, & ut feruentius & deuotius hoc facias, inuoca nunc vno mense vnum, nunc alio mense alium, qui quasi onus inter se partiantur, & te ut pupillum suæ benignitati commendatum respiciant.

Iob 5. 1.

C Sed quid facies, ut Sancti illius, quem in patronum elegisti, tutamen & protectionem obtineas? certè hæc, quæ sequuntur. Primò circa initium mensis, eo diē quo sancti inter fratres distribuendi sunt, à Domino humiliter postulabis, ut sanctus ille tibi sorte obringat, ob cuius intercessionem vultuum profectum augere, & suas tibi miserationes elargiri. Et ille qui salutem tuam impensè desiderat, dabit tibi pedagogum sapientissimum, & adiutorem fortissimum, cuius ope de omnibus docearis, & à tuis hostibus protegeris. Comperietque aduersarius tuus verum etiam esse, in spiritualibus Dei templis, id est, in iustis, quod de Templo Hierosolymæ impius Heliodorus effatus est: Nam ipse qui habet in cœlis habitationem, uisitor & adiutor est loci illius, & venientes ad malè faciendum, percutit ac perdit. Ille inquam summus cœlorum Dominus, cuius est iustus visitare & defendere, militum suorum, id est, Sanctorum, ministerio, hostes ab eis arceat, ac ab omni malo defendit.

2. Mach. 3. 39.

D Secundo, Sanctum tibi ad tutelam designatum deuotè reuerenter, & cum debita gratiarum actione suscipias, non aliter ac si Dominus ipse, cuius prouidentia maiora & minora gubernantur, illum tibi in patronum assignasset. Et cum primum per tempus licuerit, te in Ecclesiam vel in cellam, vel alium locum quietum, recipies, ibique Sancto illi patrono tuo præsentem facies, tuas illi necessitates expones, & illi te deuotè commendabis. Et sicut Iacob luctabatur cum Angelo quousque ab eo benedictionem extorsit, ita & tu luctare cum illo protectore tuo, non brachiis, sed precibus, & orationum instantia, ut hanc benedictionem consequaris, quod ipse te & tua omnia sub tegmine suæ protectionis accipiat.

Gen. 32. 30.

E Tertio, Quotidie semel, aut bis aduocatum hunc tuum exorabis, ut sua protectione tibi semper assistat, ut se magistrum assequendæ perfectionis faciat, & ut se tibi in omnibus comitem præbeat. Imitare sanctum Dauidem de seipso dicentem: Leuaui

Psal. 120. 1.

oculos

oculos meos in mōtes, vnde veniet auxilium mihi.]

Aug. ibid.

Qui sunt isti montes præcelſi, qui sunt isti montes æterni, ſecundum Auguſtinum, niſi Sancti Dei? In hos ergo montes oculos mentis intendamus, vt ab eis nobis adiutorium venire precemur. Duo autem præcipuè à Sancto adiutore petenda ſunt; Alterum eſt, vt nobis ad meditationem rerum cœleſtium lucem impetret. Hoc enim nos à Sanctis accipere docuit Chryſoſtomus, ſic ſcribens: Adeamus ergo & nos vnum eorum, quibus cœleſtes portæ commiſſæ ſunt, appellemus, ſupplicemus, pro pecunia promptam voluntatem ſincerumque affectum exhibeamus. Et, ſi ille mercedem hanc acceperit, manu noſtra apprehenſa per omnia circumducet; non iſtam ſupellectilem regiam, ſed ipſum regem in throno ſedentem, aſtantibus exercitiſus exercituumque ducibus, aſſiſtentibus innumerabilium Angelorum atque Archangelorum millibus; breuiter, nobis omnia diligenter oſtendet, quatenus nobis videre faſcit. Alterum eſt, vt deſideria & preces noſtras Domino, cui ſemper aſtat, repræſentet. Optimè ad hoc propoſitum dixit Ambroſius: Egiſtim, niſi ad eos aliorum precibus medicus fuerit inuitatus, pro ſe rogare non poſſunt. Inſirma eſt caro, mens ægra eſt, & peccatorum vinculis impedita, ad medici illius ſedem debile non poteſt explicare veſtigium. Obſecrandi ſunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præſidium dati ſunt, Martyres obſecrandi, quorum videmur nobis quodam corporis pignore patrocinium vindicare. Poſſunt pro peccatis rogare noſtris, qui proprio ſanguine etiam ſi qua habuerunt peccata, lauerunt. Iſti enim ſunt Dei martyres, noſtri præfuli, ſpeculatores vitæ, actuumque noſtrorum. Non erubescamus eos interceſſores noſtræ inſirmitatis adhibere, quia ipſi inſirmitatem corporis etiam cum vincerent, cognouerunt.] Hæc ille. Licet autem hæc duo dona præcipua ex ſancti patroni noſtri impetratione accipiamus, non tamen ſola ea, ab eius larga manu recipimus. Quare quæcumque vel animæ, vel corpori neceſſaria ſunt, ab eo petere, & obtinere curemus. Sciamus, eum eſſe pro illo menſe noſtrum benigniſſimum prouifoſorem, cui curæ eſt à malis nos protegere, & in bonis promouere, in omnibusque nobis neceſſariis ad illum tanquam ad præſantiſſimum remedium accurramus.

Chryſoſt.
hom. 2.
de verbis
Iſaiæ.

Ambr. in
lib. de vi-
dus 8.

Præter hunc quotidianum & frequentem recurſum, quo à protectore tuo opem expoſcis, alia præſtabis in honorem ipſius deuotionis obſequia. Nam & aliqua, quæ corpus domet, & voluntatem frangant, ſingulis diebus pro eius honore ſuſcipienda ſunt, dies feſtus illius aut ieiunio, aut peculiari abſtinentia præueniendus, & confeſſionis ac communionis ſuſceptione. ſi id fieri poſſit, ſin minimis horum deſiderio & ſingulari puritate celebrandus. Vita eius legenda eſt, & aliquid memoria condendum, quod ad illius imitationem trahatur. Hoc autem eſt Sancti protectoris obſequium præcipuum, ſi illum imiteris, & non ſolum precibus, ſed vita & conuerſatione ſequaris. Vnde Ambroſius ſuprà, viduam erudiens, ait: Et tu habes proximos, qui Deo pro te ſupplicent: habes Apoſtolos proximos: habes Martyres proximos, ſi ipſa Martyribus deuotionis ſocietate, miſericordiæ quoque muneribus appropinques. Proximus eſt enim, qui miſericordiam facit: fac tu miſericordiam, & eris Petro proxima. Non ſanguinis neceſſitudo, ſed virtutis cognatio facit proximos: quia non in carne ambulamus, ſed in ſpiritu. Ama ergo propinquitatem Petri, aſſinitatem Andrea, vt pro te rogent, & recedant cupiditates tuæ verbo Dei pulſæ. Vt autem hoc Sancti protectoris obſequium

Amb. lib.
de vi-
dus.

A plenum ſit atque perfectum, non ſolum pro nobis, ſed etiam pro Eccleſiæ neceſſitatibus orandum eſt, vt ſicut filij, ita & mater noſtra ex protectore noſtro habeat interceſſionis auxilia. Optimumque eſt, præter duodecim Sanctos, quos pro ſingulis menſibus anni patronos eligimus, vnum quoque pro toto anni decurſu circa illius initium deſignare, cui eodem modo, proportionem ſeruata, obſequendum eſt, & eius auxilium implorandum.

De emendandis per ſingulos menſes conuerſationis noſtræ defectibus.

CAPVT II.

VITISSIMUM etiam eſt ad virtutes au-
gendas, & ſpiritualem vitam prouiden-
dam, ſi ſingulis menſibus diem vnum eli-
gas, in quo ab externis occupationibus ſequeſtra-
tus, tibi vaces, & mores atque actus tuos ſolertè in-
ſpicias. Hoc die deuotiùs & prolixius orabis, atten-
tius & quietius Pſalmos recitabis, plus temporis li-
broſum ſpiritualium lectioni tribues. Præcipuè ta-
men in hoc incumbes, vt ſis cenſor tui, & ſeuerus iu-
dex actuum tuorum. Vide igitur, quæ ſupra te ſunt,
an purè & ſeruentè Deum colas, Sanctos venereris,
& cœleſtia ſuſpires. Vide quæ infra te ſunt, an cor-
pus domes, ſenſus comprimas, affectusque cohi-
beas. Vide quæ circa te ſunt, an ſuperflua reſeces, ne-
ceſſaria moderatè accipias, & fratribus exemplo præ-
luceas. Vide tandem quæ intra te ſunt, an purius co-
gites, virtutes augeas, & tranquillius viuas. Hoc ſit
ſtudium huius diei, vt imperfecta emendantur, per-
fecta excolantur, & conatus tui ad ſublimiores vir-
tutum actiones excitentur. Aliquando dictum eſt
tibi, vt te Solem eſſe conſideres. De eo verò hæc legi-
mus in Salomone: Oritur Sol, & occidit, & ad
locum ſuum reuertitur.] Vt myſticus ergo, & ſpiri-
tualis Sol nunquam Zodiacum, id eſt, inſtitutum
tuum, exeas, & per illum diſcurrens, omnes vitæ
exemplo illuminare contendas. Iam te per orationis
exercitationes, ſupra res corruptioni obnoxias effer.
Iam per honeſtas actiones te proximis ſubiice, ſed
poſtquam per aliquod tempus laboraueris, ad lo-
cum tuum, id eſt, ad quietem propriæ inſpectionis
& emendationis reuertere. Dic animæ tuæ ſingulis
menſibus: Conuertere anima mea in requiem
tuam, quia Dominus benefecit tibi.] Poſtquam Do-
minus tibi benefecit, dum te ad bene agendum im-
puliſt, & ad rectè operandum adiuuit, conuertere te ad
teipſam, ingredi ad intima tua, & ibi robur ad
perſeuerandum in bonis operibus impetrabis, & re-
quiem à laboribus, ac tranquillitatem inuenies.
Nam ſicut corpus ceſſatione à labore, reſcitur; ita
animus vacatione & fuga ab occupationibus, robo-
ratur.

Hunc vacationis diem quidam faciliùs, quidam
difficiliùs aſſument. Qui enim nec officiis tempora-
libus, nec animarum miniſteriis diſtinentur, facili-
mè poterunt ex conſenſu Prælati, vnum diem, quo
ad ſcholas non eunt, ſibi ſuffurari, & ad proprium or-
dinem proſectum. Qui verò operarij Euangelij ſunt,
aut domus obſequijs addicti, non ita facile poſſunt
ſe à labore ſubtrahere, & per totum diem ad interio-
ra conuertere, cum eorū occupatio non à ſua vo-
luntate, ſed ab aliorum neceſſitate dependeat. Hi
ergo poterunt diè conſiderare & præuidere, magis in
menſe à miniſterijs & occupationibus vacuum in eo

Tom. 1.
lib. 3.

Eccleſ. 1. 5

Pſal. 14.
7.